

Band II., Nr. 330, Seite 49-51

Berthold Herr von Eberstein gründet das Zisterzienserkloster Herrenalb und stattet es mit genannten Gütern und Rechten aus.

Ohne Ortsangabe, (1149–1152.)¹

In nomine domini Amen. Nos Bertholdus dominus de Eberstein, accedente consilio et consensu dilecte coniugis nostre Vte et heredum nostrorum, instinctu divino deum nobis heredem facere cupientes, monasterium in Alba, Cysteriensis ordinis, Spirensis dyocesis, in remedium anime nostre et animarum coniugis et heredum predictorum, fundavimus et dotavimus cum bonis infra scriptis, sub eodem iure et libertate secundum quod loca pia et deo dicata predicti ordinis fundari et dotari consueverunt debite ex antiquo, venerabili domino Gvnthero episcopo et capitulo Spirensis ecclesie prebentibus super hoc consilium, beneplacitum et consensum, presente etiam tunc B. abbate Noui Castri, Cysteriensis ordinis, Argentinensis dyocesis, de cuius consilio tamquam patris spiritalis dicta fundatio est inchoata et ipsum monasterium incorporatum ordini memorato et tamquam filia domui de Nouo Castro subiectum secundum statuta ordinis prelibati. Sunt autem hec bona que contulimus ipsi claustro quod fundavimus. Videlicet bona nostra in Otterswilre cum suis pertinentiis universis, hominibus, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis et aliis almeindis, cum eodem iure, honore, utilitate et libertate sicut ad nos hactenus pertinebant. Item contulimus claustro in Alba memorato, ad usus fratrum ibidem in perpetuum degentium, montes, valles, silvas, cum pertinentiis universis, videlicet pascuis, pratis, agris, cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus, boscho et plano, viis et inviis, itibus et reditibus, utilitatibus cunctis, quesitis et inquesitis, videlicet gesvchet vnde vngesvchet, sine qualibet exceptione vel contradictione cuiuscumque, cum omni iure et libertate sicut ad nos hactenus pertinebant, circa ipsum monasterium, dextrorsum, sinistrorsum, retrorsum et antrorsum sita, secundum terminos

¹Das Jahr 1148 der Datierung passt nicht zu der Indiktion 1. Auch war der Zeuge *Hermannus marchio de Baden* in diesem Jahr auf einem Kreuzzug, von dem er erst 1149 Mai wiederkehrte, vgl. Stälin: *Württembergische Geschichte*, Bd. 2, S. 716. Die Indiktion 1, welche in die letzte Hälfte des Jahres 1152 fällt, stimmt nicht zur Regierungszeit König Konrads III., der schon 1152 Febr. starb. Da bis 1147 Aug. 3 noch der Vorgänger des im Eingange der Urkunde genannten Abts Berthold von Neuburg urkundlich in Wirksamkeit ist, wird die Ausstellung derselben, ihre Echtheit vorausgesetzt, wohl zwischen 1149 Mai und 1152 Febr. anzusetzen sein, vgl. aber auch PETER RÜCKERT: *Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit*. *Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart*, Stuttgart 2003, S. 28.

II

subnotatos. In primis ad austrum sive meridiem inchoantes, primum terminum posuimus montem qui est super vallem qui dicitur Albetal, et ubi fluvius Alba oritur, ab ea videlicet parte montis ubi nix liquescendo versus predictum fontem descendit ad ima, et sic terminus ductu fluvii Albe pertingit in Rintbach, ibique ad levam se retroflectens per ascensum Rintbach tendit versus occidentem ad eum locum ubi confluunt Widelbach et Rintpach. Item ulterius fluvium Rintpach ascendendo ad clivosa montis sibi a sinistris adiacentis cacumina pertingit; et partem ipsius montis predicti monasterii usibus tradimus ab ea parte ubi nix liquefacta dilabatur ad ima. Item ductu Rintbach Twerenbrvnnen pertingit, necdum quoque ripam fluvii deserens, set, fluvio consummato, transcendens montis Rintberc celsitudinem, per cuius et longitudinem se extendit. Item ibi retrorsum parumper se inflectens super clivum, Michelnbach pertingit. Deinde vero plane ultra supercilium montis qui dicitur Ameizerberc in convallem venit, ubi secundum quod a superiori parte per medium convallis iam dicti montis et alterius montis, qui dicitur Mahelberc, rivulus confluit et descendit, inferius in Mosalbam se inclinat. Abhinc autem per montem Mittelberc reducitur recta linea et reflectitur ad quendam locum qui dicitur Smitta. De quo loco per descensum ipsius montis, flumine Alba transito, in Miltental se porrigit. Rursum per medium vallis predictae ascendens, pertingit ad fontem Rotensol. Item abhinc se extendit ad fontem Dobil versus orientem. A quo fonte, transceso monte, venit ad fluvium Mannenbach. Iuxta cuius decursum fluvii venit ad fluvium qui dicitur Yach, per cuius fluvii ascensum pertingit ad montem Weckesberc. Cuius etiam montis medietatem predicti monasterii usibus adaptamus ab ea parte ubi aqua vel nix dilabatur ad ima. Item ulterius a Weckesberc, pertingens per planiciem montis Grintberc, cacumine primo positi montis super Albetal attingit, et sic antenotatus terminus finitur, distinctus limitibus metarum quibus claustrum cingitur. Item contulimus monasterio prelibato villam nostram Dobil cum universis suis pertinentiis, sub hac forma videlicet, quod si Eber. de Strubenhart, fidelis noster, qui eandem villam a nobis tenet in feodo et debite recognoscit, vel sui heredes in posterum cesserint vel decesserint sine heredibus masculis, extunc ipsa villa cum suis pertinentiis vacare debeat claustro iam dicto perpetuo possidenda, pacifice et quiete, omni contradictione in posterum quiescente. Item eodem iure et condicione consimili ipsi monasterio bona nostra circa Otterswilre, que milites ibidem a nobis tenent in feodo, ipsis defunctis vel suis heredibus, rite damus. Item in favorem et gratiam, quam nos et nostra posteritas habere debemus ad cenobium prefatum, volumus et statuimus ut si quas res acquisierint in posterum ratione donationis, emptionis vel concambii a nostris successoribus, vasallis, ministerialibus, mancipiis seu propriis hominibus, obtinere liceat fratribus ibidem deo servientibus, sicut per manum nostram, sicut et prescripta liberaliter sint

III

collata, et eodem iure et libertate vel utilitate in perpetuum valeant possidere. Nulli ergo heredum aut successorum nostrorum vel quorumcumque hominum liceat hanc concessionis, donationis et libertatis nostre paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire; alioquin indignationem omnipotentis dei et gloriose virginis, matris eiusdem, et nostram se sentiat incurrisse. In cuius facti memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum sigillo nostro sepe dicto monasterio dedimus communitum. Acta sunt hec anno incarnationis domini MCXLVIII., indictione. I., Eugenio quoque sedi apostolice dignitatis presidente, C.^a vero Romani imperii sublimitatis gubernacula regente, Gvnthero autem predicto Spirensis ecclesie regimini providente. Quorum etiam protectioni cenobium pretaxatum duximus fideliter in omnibus committendum. Testes: H.^b marchio de Baden. H.^c palatinus de Tvingen. C.^d comes. de Calwe. E. de Strvbenhart. R. et H. de Otterswilre. L. de Bvhel. H. de Mersche. B. de Mals, fideles nostri, et alii quam plures. Valeant in eternum. Amen.

—

Nach einem in Herrenalb ausgestellten Vidimus von Otto dem Älteren, Herr von Eberstein, von 1270 Apr. 11 (*parasceve*), in das die Urkunde inseriert ist. Dem Vidimus hängt an gelb-roten Seidenfäden das Siegel des Otto von Eberstein an, am Rand beschädigt. Mit ihm stimmt eine Abschrift in dem auf Pergament geschriebenen Diplomatar des Klosters Herrenalb aus dem Anfang des 16. Jahrhunderts überein.

Die Echtheit, sei es der eigentlichen, noch dazu mit unrichtigem Datum versehenen Stiftungsurkunde, sei es des Vidimus, ist nicht ganz außer Zweifel.

Eine andere Abschrift in einem auf Papier geschriebenen Herrenalber Diplomatar des 17. Jahrhunderts hat auffallenderweise neben einigen Abweichungen, welche zunächst von den neueren Abschreibern herrühren könnten, noch andere, die vermuten lassen, dass zwei verschiedene Originalausfertigungen des Vidimus vorhanden gewesen sind. Zu den Abweichungen der ersteren Art könnte zählen, dass der Stifter *comes* statt *dominus* genannt wird, ebenso das fehlende *universis* hinter *Otterswilre cum suis pertinentiis*, auch noch, obschon auffallender, die ebenfalls fehlenden Worte *et aliis almeindis* und *videlicet gesv^ochet vnde vngesv^ochet*, endlich selbst noch der Beisatz *R. et H. nach Otterswilre que milites*. Der zweiten Art aber scheint doch die Stelle: *Deinde vero ultra montem qui dicitur Amesserberc, ubi a superiori parte inferius in Mosalbam per vallem eiusdem montis descendit* (lies

^aIst *Conrado* zu lesen.

^bIst *Hermannus* zu lesen.

^cIst *Hugo* zu lesen.

^dIst *Conradus* zu lesen.

IV

d-unt) flumina venit. Inde per ante montem Mittelberc u. s. w. wie oben. Dazu kommen aber ganze Sätze der Bestätigungsurkunde, welche der hier vorliegenden Ausfertigung fehlen, sowie mehrere andere Abweichungen, von welchen hier vorläufig nur die folgende bemerkt wird. In der benützten Originalbestätigung steht nämlich auf der linken innern Ecke des eingeschlagenen Pergamentrandes von anderer, aber gleich alter Hand: *Iste Otto fuit centenarius quando renovavit litteras istas et dixit quod viderit fundatores*. In der Abschrift im Diplomatare heißt es: *Ego Otto centenarius fui et vidi primum fundatorem et monachum primum. per manum propriam subscripsi*. Unter *subscripsi* steht in arabischen Ziffern 1270. Der letztere Beisatz könnte so geschrieben nicht in einer Originalausfertigung gestanden haben.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 U 18

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus von 1270 April 11: HStA Stuttgart A 489 U 18 (Klosterausfertigung) und eine zweite (Ebersteiner) Ausfertigung, die sich ehemals im GLA Karlsruhe befand, jetzt auch im HStA Stuttgart: A 489 K U 17; Notariatsinstrument von 1423 Juni 7: HStA Stuttgart A 489 U 18a; in Diplomataren HStA Stuttgart H 14: Nr. 139, S. 1-6 (durch Fliegerangriff 1944 verbrannt), Nr. 141, S. 5-8 und S. 10-12, Nr. 142, S. 6 und S. 9.

Editionen:

Crusius: *Annales Suevici*, Bd. 2, S. 404 ff. (mit Bestätigung). CHRISTOPH BESOLD: *Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...]*, 2 Bde., Tübingen 1636, Herrenalb, Nr. 1, S. 121. Petrus: *Suevia ecclesiastica*, S. 19. Grund- und aktenmäßige Information, worinnen das von dem Hochfürstlichen Haus Baaden-Baaden an das Hochfürstliche Haus Württemberg vor mehr als hundert Jahren [...] gestellte [...] Gesuch, die beede Clöster Herrenalb und Reichenbach betreffend [...] beste, Lit. A, S. 3. FRANZ JOSEPH MONE (HRSG.): *Ortenauische Urkunden vom 13. bis 16. Jahrhundert*. In: *Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins* 21 (1868), S. 257-297, Bd. 1, S. 97 (nach der Zweitausfertigung des Vidimus). PETER RÜCKERT: *Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit*. *Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart*, Stuttgart 2003, S. 27 (Abb. der Klosterausfertigung) bzw. S. 29 (Ebersteiner Ausfertigung).

Literatur:

PETER RÜCKERT: *Das Albtal im 12. Jahrhundert. Eine zisterziensische Einöde?* In: Peter Rückert und Hansmartin Schwarzmaier (Hrsg.): *850 Jahre Kloster Herrenalb*, Stuttgart 2001 (*Oberrheinische Studien*, 19), S. 27-45, S. 36 f. Rückert: *Alles gefälscht?*, S. 26 (zur Klosterausfertigung) und S. 28 (zur Ebersteiner Ausfertigung). KURT ANDERMANN: *Zur "Gründungsurkunde" des Klosters Herrenalb*. In: *Regionen Europas - Europa in Regionen*. *Festschrift für Kurt-Ulrich Jäschke zum 65. Geburtstag*, hg. von Peter Thorau und Sabine Penth und Rüdiger Fuchs,

Köln 2003, S. 89-100.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

39,8 x 43,3 cm

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Bühl Wohnplatz (5611)

Bühl, RA

Calw Wohnplatz (6981)

Calw, CW

Malsch Wohnplatz (5383)

Malsch, KA

Mörsch Wohnplatz (5570)

Mörsch, Rheinstetten, KA

Neuburg, Dauendorf, Dep. Bas-Rhin, Frankreich

Ottersweier Wohnplatz (5798)

Ottersweier, RA

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD

Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)

Speyer, SP

VII

Strubenhart Wüstung (22971)

Strubenhart, Baiersbronn, FDS, W

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ